



4564 tabulae marmoreae marginatae, cr. 0,035-0,048 (margo qui infra exstat cr. 0,053-0,055) fragmenta sex. Litterae a. 0,04-0,014. Rep. nello scavo delle terme presso il decumano (reg. I, ins. XII). Asservantur casone del sale (ufficio degli scavi) et in repositis quae sunt Ostiae in museo et sub templo magno.



Composui et descripsi. Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 390 n. 17 ad apographum meum. I sic videtur. — II 2 Papa: altera A erasa et in fine posita. — II 10 cognomen scriptum est in litura; de nomine deleto superest hasta una inter R et M.

Fortasse huic albo attribuendum est etiam hoc fragmentum, quod asservatur casone del sale (ufficio degli scavi); ibi descripsi (cr. 0,034, litt. a. 0,044).

4564 a



6 in. exstat vestigium incertum, quod typo exprimere non possum. — fin. e. g. *Eu[tyches]*.

Habemus alba duo eiusdem collegii, sed diversis temporibus composita; congruunt enim inter se hoc modo (cf. similem rationem supra p. 46 et infra ad n. 4567. 4568):


	n. 4564	n. 4565
... lius Papa	I 2 = ... ius Papa	I 4
... ceius Fructus	I 4 = ... us Fructus	I 2
... ulius Felicissimus	I 7 = ... us Felicissimus	I 3
... llenius Victor	I 8 = ... ius Victor	I 4
... lenius Servilio	I 9 = ... ius Servilio	I 5
... nnius Agathopus	I 12 = ... nnius Agathopus(us)	I 6
... s Bradua	I 19 = ... us Bradua	I 7
M. Luc... Deuter	II 2 = ... ius Deuter	I 8
Q. Patri... Victor	II 3 = ... us Victor	I 9
Cn. Sergius Hilarus	II 6 = ... us Hilarus	I 10
L. Valerius Fortunatus	II 7 = ... us Fortunatus	I 11
A. Caedicius Corunthianus	II 18 = ... us Corinthian(us)	I 12
L. Messenius Crispinus	II 19 = ... us Crispinus	I 13

Invenimus igitur nomina albi 4565 I 4-13 secundum eundem ordinem enumerata etiam in albo 4564, sed ita, ut in hoc albo inter illa nomina alia inserta sint. Quae differentia unde orta sit facile explicatur; in albo 4565 enim, quod compluribus annis post album 4564 conscriptum esse apparet, nomina sodalium in eundem ordinem redacta sunt omissis nominibus eorum, qui interim defuncti erant.

Si Vaglieri recte supplevit nomina consulum 4565, hoc album scriptum est a. 173, album 4564 igitur fortasse medio secundo saeculo. Itaque quos Ostiae invenimus *Q. Lollium Onesimum* n. 251 (a. 192) III 11 et *Q. Patrium Victorem* n. 281 (aetatis Septimii Severi) II 9 vix eosdem putabimus atque ... *llium Onesimum sen.* albi de quo agimus 4564 I 3

[Inscriptioni n. 4564 forma litterarum valde similis est album nuperrime repertum infra n. 5356, ubi vide.]

4565 [= Eph. IX 462] tabulae marmoreae cr. 0,035 fragmentum a. 0,60, l. 0,57. Litterae a. v. 4 m. 0,06, v. 2 m. 0,03, cet. 0,02-0,018. In parte aversa est n. 4460. Rep. in uno dei vani che si aprono sul portico innanzi alle terme. Exstat sub templo magno in repositis.



Descripsi. Dessau l. c. ad ectypum quod miserat Vaglieri, qui ipse edid. *Not. d. sc.* 1909 p. 94 (repetivit *Miscell. di studi in onore di Attilio Hortis* [Trieste 1910] p. 538 not. 2).

I [Cn. Claudio Seve]ro II Ti. [Claudio Pompeiano II cos.] (a. p. Chr. 173) supplevit Vaglieri, probabiliter. — II 13 homo eiusdem nominis (an idem?) infra n. 4569 dec. VIII 17.

et *Q. Patrium Victorem* 4564 II 3 = 4565 I 9; *Q. Patrius Q. f. Victor* quidam aetatis ignotae est supra n. 1452. Nomen *M. Marii Primitivi* 4565 II 8 exstare etiam in titulo corpori traiectus Rusticeli a. 145 dedicato (supra n. 4553) monuit Vaglieri; idem ut videtur aut filius eius eidem corpori obtulit dedicationem supra n. 4554 β a. 166; nescio quo modo cohaereat cum sodale collegii cuius album ante oculos habemus. Titulum *M. Ulpii Fortis* cuiusdam (cf. 4565 II 14) sepulcralem mortui annos nati XXIV habemus supra n. 1785. — 4564 I 7 (= 4565 I 3) pro amplitudine spatii, quod in initio periit, aptius supplemento [*Iulius* videtur supplementum [*Segulius* (quod etiam alia ratione commendari infra videbimus); eademque de causa nomen mutilatum 4564 I 12 = 4565 I 6 non rettulerim ad *Q. Connum Agathopum* n. 864, sed potius proposuerim [*Here]nnius* aut, ut Vaglieri, [*Campunnius* (cf. 4565 II 2. 15 sq.)].

Denique monendum est similitudinem quandam intercedere inter haec alba de quibus agimus et elenchum corporis cuiusdam, cuius nomen ignoramus, supra n. 247 anni 139 vel 140 vel 145; cf. imprimis

n. 247 III 7-10	n. 4564 I 6-9 (7-9 = 4565 I 3-5)
P. Curtiu[s] tius Primitivus
M. Seguliu[s] ulius Felicissimus
T. Helleniu[s] llenius Victor
T. Hellenius lenius Servilio

Praeterea nomina *T. Pompeius* (247 III 4 — 4565 II 3) et *P. Anteius* (247 III 14. 18 — 4565 II 1) adhuc in onomastico Ostiensi nisi hic non occurrunt. Sed quominus haec duo collegia eadem esse credam impedit id, quod album n. 247 et album 4564 non eodem modo inter se differunt atque alba 4564 et 4565. Itaque probabilius mihi videtur sodales quosdam alterius collegii etiam alteri adscriptos fuisse.